



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Ægidius Conf. 1. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

3. Sept. VITÆ SANCTORUM. 547
victor è viâ abiit non sine triumpho,
quem D. Cuthbertus tunc puer ducere
illum in cælum vidi multo lumine no-
bilem. O triumphum tuum Aidane sequi
etiam nos pileati olim possimus! Ex vnu.
Bedæ hifb. Eccl. l. 3.

Per misericordias pauperum misericor-
diam paremus, ut possumus esse de pænâ li-
beri, & de salute securi: gratis misericor-
diam sperat ibi, qui hâc non fecerit miseri-
cordiam: quæ facit misericordiam. currit
ad præmium; qui non facit, decurrit ad
pænam. S. P. Chrys. serm. 8.

S. AEGIDIUS CONF. 1. Septembris.

Stemma in AEGIDIUS regium indeles
munifica prodidit. Nam puer prætex-
tam exuit, ut paupereim ægrum indue-
ret. Et hic quidem morbum cum cento-
nibus posuit, at ille nudus cætera, ut
virtutem & miraculum saltem tegeret,
ablatam sibi vestem à nescio quo non sa-
tis noto homine piè commentus est.
Eodem scilicet furto assē omnem pa-
ternum abstulerunt egeni, quando Gal-
lias AEGIDIUS petuit, & post multa
prodigia easdem cum cervâ latebras ha-
bitavit. Atque, ut qui matrem deseritis,
alia cælo ubera esse sciatis, hæc famelico
eadem cerva præbuit. Exclamare hâc Ro-
ma potuissit: Ecce fera hominis hospes:
ecce homo feræ asylon. Etenim cùm

M m 2 nu-

548 VITÆ SANCTORUM. 2. Sept.
nutricem frequens venatorum corona
cingeret, tutelam sinum AEGIDI &
preces habuit, quibus ad teli iactum
damnati canes allatrate prædani potue-
runt, non prehendere. Ipse Rex Clodo-
yeos libertatem cervæ, AEGIDIO fortuitâ
sagittâ tunc vulnerato coenobium, cœno-
bio dotem regiam donavit, sibi unam er-
roris veniam oravit. Et vero non hujus
modo, sed gravioris etiam sceleris im-
petravit, quod quidem studiosè ille oc-
cultavit, sed AEGIDIUS sub devinis
scheda annotatum è celo accepit, nun-
quām delendum, nisi stylum Rex verti-
set. Divus porro noster satis jam à terrâ
lactatus ad perennes beatitatis fontes
contendit, quos adeo appetivissime quid
mirum est? à nutrice suâ cervâ sitim hanc
babit. Ex Lippeloo & Pet. de Natal.

Vendere patrimonia & dare præteribus
stultitia huic saculo, sed sapientia D E O
est. Ut contrâ divitiis incubare, pecuniam
fœnore augere, terminos dilatares violentiâ,
industria & quæstus apud seculum, sed a-
pud Deum crimen & pœna est. S. Paulin.
epist. 2.

S. ANTONINUS M.
2. Septembris.

Poterat ANTONINUS è Galliis o-
riundus sorte suâ contentus nobilem
& in digitis anulum & in pedibus lunu-
lam